Universitas Torontonensis

Omnibus qui hasce literas legant, S.P.D.

Quum soleat haec Universitas eos qui artes liberales egregie excoluerunt et eos quoque qui doctrinae laboranti opitulati sunt, honoribus praeter ceteros decorare, cumque **Edvardus Johnson** vir amplissimus et ornatissimus sit, qui, Musarum alumnus, natu Canadensis, per orbem terrarum summam canendi laudem adeptus, habitu modesto omnibus sit carus studiisque juventae cantores divinos aemulantis ipse doctrina et pecunia liberalissime subvenerit,

Idcirco ut honore bene merito afficiatur, nos supradictum

Edvardum Johnson

titulo graduque (**Doctoris in Arte Musica**)

Senatus consulto Academico donandum constituimus. Cujus rei testimonio Sigillum Universitatis hisce literis rite subscriptis apponendum curavimus

Henricus Johannes Cody
Praeses

Gulielmus Mulock
Cancellarius.

Datum aulae Collegii Comitiis Solemnibus die VI° Junii Anno Domini MDCCCCXXXIV

Arturus B. Fennell
Registrarius.